

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sleker Johann Joannis

De Constitutione Psychologiae Disputatio

Rostochii: Myliandrus, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729075192>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729075192/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729075192/phys_0001)

DFG



58

DE
CONSTITUTIONE
PSYCHOLOGIAE
Disputatio.

A. D. T. O. M.

In Inclyta Academia Rosto-
chienſi

PROPOSITA

à

M JOHANNE SLEKER O

RESPONDENTE
IOHANNE IOANNIS

Marboensi S.

JOAN. ERH. KLINCK, ap. Sibi & Major
Habebitur disputatio die 18. Iulij.

1687.
Hamburg.



ROSTOCHII
Typis Stephani Myliandri,
ANNO M. DC. VIII.



THE S I S I.



Nimatorum historiam omnem, spe, desiderioq; scientiae, luctatione quadam ingenij, demonstrationis artificio aggredientibus, haud vacantis opera censebitur questio, cuiusna scien-
tia veluti sub imperio ac signis velitatio hec in-
stituenda? Major quippe quam pro multorum
opinione, Physicum hic urget difficultas, ne à certissima hujusc
rei possessione forti ipsius philosophi manu (at cuius Achillis!)

1. de part. c. i. depellatur, præsertim si susq; deg; habita inferiarum, quas noxia corpora tardant, animarum turba, de regina ipsa, immortalitatis immaterialitatq; dote caput altius efferente, sit disceptatio.

2. Nos ad causam hujusc rei dicendam, velut in Areopago, breviter accedimus, rationibus utring; ponderatis, quales ex parte philosophi 1. part. c. i. l. 1. an. 17. 6. Met. t. 2. sunt: Quod contem-
plationis jus præterquam in immaterialiis rebus, physico sit nullū: quod omnis illa facultas quanta sit, naturæ limitibus coercentur.
Quam quidem ob causam, ut Negativa ac sensitiva animæ pos-
sessio illi cedit integra, (ex potentia namq; materiæ educta, corpo-
ris naturam sequuntur, motusq; internum sunt principium) Sic
rationalis in se considerata, planè ad alium transit dominum.

3. Quid vero? inquit Mirand. l. 19. Evers. Monom. an non
Arist. ipse 3. an. t. 48. Intellectivam animam in naturæ societa-
tem assūmit? Ita est Mirandula: nec deest quod respondeam,
non tibi tantum sed omnibus illis (Toledo, Conimb. Suarez.)
qui ab Arist. hic recedunt. Cum enim eo in loco intellectum non
absolute aut totum, sed respectivè ac unā ejus facultatē Intellectum
scilicet practicum consideret, plane hoc innuit, quod à Flandria
in pœm. de an. observatum est, duplicem animæ rationalis esse
notionem. 1. qua spiritualem ejus naturam, (quam à cor-

pore abstracta per se subsistere apta est) complectatur. 2 Quatenus organici corporis ενταλέχεια, naturalium hominis operationum & principium.

4. Media enim cuiusdam naturae Anima nostra, Intelligibilis ac corporei mundi nexus est; atq; in horizonte constituta ἀμφιφάνης καὶ ἀμφιδεόστωπος: Cum intelligibilibus, aiciente Proclo, convenit, quod ejus substantia obdiviniores sui partes divisionem non admittat; nec temporis subjaceat; motus expers, mobilibus imperet: quibus omnibus contemplatio animæ altius se supra naturam & sensibilia elevat.

5. Contra vero cum sensibilius convenit (pergit Proclus) quod mobilibus imperet; per sui operationes ad tempus extendatur ac fluat; in partes transeat ac simul perficiatur. Addimus nos, quod reliquarum instar formarum ad corporis generationem, sui accipiat originem; naturaliter corpori jungatur, ut ενταλέχεια ejus & forma informans; cum quo corpus animalium, hominem inquam vere constituit; atq; operationum ejus est principium.

6. Posteriori ergo hoc modo physica contemplationis est, ab Aristotele. 3. an. pertractata: Ut vero separabilis à corpore, immortalis & divina quedam substantia, cœlestes genios cognitione attingens; ad aliam transit scientiam: Quamnamverò? Respondeat Themist. 1. an. t. 9. ad illam, qua circa veras formas, id est, ab omni nexo & mancipatu materia, re & cogitatione afferuntur, studium suum exercet. Et sane Aristoteles ipse 3. an. t. 36. 12. Metaph. t. 17. graviores obscurioresq; de Anima actiones superesse, easq; sublimioris esse scientia, non obscurè innuit; qua cujusmodi sit, ne extra ordinem hic prolixiores simus, alibi discutiendum, relinquimus.

7. Tria vero sunt quæ in hac scientia naturalis parte subjecti rationem sibi arrogare videntur; Anima ipsa, Animal, & corpus animalium. Pro anima pugnat, inscriptio; & quod anima secundum

rundum se in tribus illis libris considerari dicatur initio l. de sens.
Et si. tum, quod anima in his definatur, Et per eam tractatus hic
distinguatur ab alijs, qua certa videntur subjecti certi indicia.

8. At vero cum materia ex altera parte respondere debeat
forma, In libris autem de partibus, qua materiam animati corpo-
ris complectuntur, de solis animalium partibus actum sit, an non
in libris de anima forma illius tractatio videbitur esse vernacula,
qua tali corpori sit accommodata Quod ipsum non obscurè pre-
se fert Aristot. 1. part. c. 1. inquiens, postea (nimirum in libris de
anima) se locuturum de anima, qua animal tale est.

9. Missis tamen his opinionibus, postrema, qua de repub. verita-
tis, adhærebimus; argumentis, ex ipsa subjecti natura, ductis, per-
suasi. Verum enim subjectum est (ut brevissime dicam); ne-
glectis illis, qua Flandr. 1. Met. q. 1. a. 5. Malafos. q. de subi. Meta.
ex Thoma & Scoto colligunt) cui affectiones & principia compe-
tunt primò & adaequatè. Hujusmodi non est anima, utpote qua
principijs, non subjecti rationem habet: nec animal, cui operatio-
nes vegetales ipsaq. anima vegetativa primò tribui nequit; sed
corpus animatum in tota latitudine, qua vegetabilia etiam com-
plectitur, sumptum.

10. Negat vere hic placet concilium, quo Psychologæ quidem
universæ corpus animatum, libris vero de anima, loco subjecti de-
cernitur, anima ipsa. Ridebunt certe, qui ex Gracorum sen-
tentia particularibus libris subjectum propriè loquendo, non debe-
ri censem. (unum enim unius scientiæ subjectum, in se virtuali-
ter omnes, habitus, cuius est, veritatem continens, inquit Scot. q. 3.
prol.) Quod si maximè proportione quadam, per divisionem uni-
versalis subjecti, partibus etiam particulare subjectum assignari
debeat, affectiones, juxta ac principia id habeat necesse est: cuius-
modi est corpus animatum, non anima ipsa, qua illius est princi-
pium.

11. Ex inscriptione quod petitur argumentum nullum est;
A 3 Qyan-

Quæta enim in hac re apud Platonem & Aristotelem varietas! à subjecto, à precipue subjecti parte, ab intentione & scopo, à persona disputantis, vel cui disputatio sacra grata ve esse debeat. Intentionis & subjecti distinctio, mirum quid in his certaminibus possit. Et enim subjectum cuius affectiones per principia demonstrantur cui cum affectiones & principia propria & adæquata esse debeat, eo jam ipso scientia ac scientiarum partes invicem discriminata sunt,

12. Intentionis à nomine id omne venit, quod in subjecti contemplatione versanti proponitur, & cui mentis suæ aciem intendit; quodq[ue] definiendum sumit, nimirum principia, affectiones, &c. Sic in 1. Phys. intentio est, inquirere principia: in 2. Phys. definire naturam &c. in Ethicis summum indagare bonum, definire virtutem, ejusq[ue] parandæ ostendere modum &c. In libris de anima, ipsam animæ essentiam considerare, qua demum principijs loco in demonstrandis affectionibus corporis animati (quas iterum parva naturalia, intentionis ratione possident) utatur. Quo quidem ipso, dum essentiam, quidditatem ac definitionem principiorum inquirere laborat, ea in se considerasse, applicatione inquam ad affectiones nondum factâ rectissimè dicetur.

13. Secunda opinioni, nec obsonij quicquam nec apparatus inest. Ad primum jam jam respondebitur, plantarum videlicet, ratione corporis rationem non habendam esse nullam, quæ doctrina de partibus adjungi possit. Aliás, non animalium tantum, sed animatorum principia in lib. de an. fuisse explicata, quis sanus dubitare posse, vegetativam respiciens animam? Prudentia autem Aristotelica est, unde hic tibi scrupulus incidit. Negat enim manifestum erat, imò ab antiquis nonnullis negatum, latius se animatorum, quam animalium extendere genus: Qua de re animalia nominare voluit, ne intempestivè omnia, studio innovandi prodere cuiquam videatur.

14. Sit ergo Psychologiae subjectum, corpus animatum; cui affectiones,

fectiones, apotelasmata & energie ascribenda, uti monet Aristoteles, easq; compendio enarrat de Sen. & Sen. c. i. in communes & proprias distributas. Omnibus prope animalibus insunt (loquitur Aristoteles) sensus, memoria, ira, cupiditas, ac demum appetitus: prater hac etiam voluptas & dolor. Alia sunt, omnium μεταχόνιων ζώντων communia: quadam vero quorundam animantium. Horum autem maxima sunt ex quatuor syzygijs exurgentis, ut vigilia & somnus; juventus senectus; exspiratio & respiratio; vita & mors.

15. De his considerandum Physico est, τί τε ἔνεσσον αὐτῶν, καὶ διε τίνος αἱ τίκες οὐρανοῖς; quod principiorum sit beneficio, que sunt, corpus & anima: ex quibus divina arte constructum corpus vivens, adaequatum subjectum, veraq; est affectionum illarum causa, tum anima tum corporis etiam ratione; quorum mirabilis est concentus, tantoq; digna opifice, unio ac quasi matrimonium, quo virtutibus anima singulis, singula corporis membra desponsantur & in violabili societate nubunt, secundo διπλάσιον μάτων, quæ conjugium hoc sequuntur, proventu.

16. Hec à toto composito suscepta, ab utroq; prodeunt principios quorum unum, pro ratione materie, passivum est; alterum, ex dignitate formæ activum; utrumq; omni animatorum generi & quæ commune; non quæ tamen cognitioni nostræ expositum, quod crassa illa corporis moles, apta partium similarium & dissimilariumq; varietate, sensus etiam feriat; anima vero mirè involuta, luctatione quadam ingenij, operationum suarum indicio, tandem eruenda sit.

17. Recte ergo Alex. I. an. c. 2. Si quæ de anima dici possunt, nullumus contradictionibus implicare, primo loco apparatus corporis ab anima inhabitati, contemplandus est, & internarum invicem externareq; partium cum ipso venustatis ac pulchritudinis concentu lex & dispositio conquirenda. Sic enim facile fidem praestabimus illis, quæ de anima substantia ac tot motionum principijs dicenda sunt.

13. Errat igitur Avicenna & cum hoc Thomas, qui anima tractationem illi quae de corpore est, præmittendam dicit; ipse falsa hac ductus ratione, quod animam corpori contraria putet communiorum. Aequè enim esse communia, sane manifestum; cum per omne animatorum genus se mutuo amplexu & inviolabili sociate diffundant; eorundem essentiam, paribus auspicijs, formæ tamen materiaq; discretione constituant; omniumq; affectionum sint principia.

19. A perfectione quidem anima quod sumitur argumentum, nullius roboris est; cum invictis à Zabar. rationibus, certissimi q; exemplis demonstratum sit, non perfectionem, non rei, secundum naturæ ordinem, progressum; sed faciliorem nostræ cognitionis modum, (cui succenturiatus sape adeat naturæ cursu, & rei perfec-
cio) certam esse methodi (qua instrumentum & cognoscendi ac ob id pro conditione instrumentorum perfectionem suam à fine accipit) normam ac legem.

20. In presentia tamen adeòg; in hoc Psychiologia decursu, ita quidem moderatè reprimendo, ut à notioribus referamus pedem, remotis, largius (quod Polyhistor pulcrum ducebat) immoraturi cum sufficere possit confiser corporis notitia, anticipatione quadam, sensuumq; usurpatione oblata, vel necessaria suo quoq; loco addi concinne possint, ad animā ipsam progredimur statim, quam duplice definitione explicatam philosophus 2. an. c. 1. & 2. proponit, utramq; duplicitate investigatione invenientur, divisione inquam & probatione Syllogistica.

21. Anne vero sic commode satís dicat aliquis: nec inepte ea de re querat, qui Platonis suās ἡγετής τῆς αληθείας, acterosa quadam inquirendi ac capiendi indagine, se exhibere velit. Importiam quippe divisionis sufficienter ostendit Arist. 2. Post. c. 5. Ita quidem ut haudquaquam censi possit ex vertigine illius, qui ut Plato inquit 12. LL. ignorantiae allatrantes, scientia vero jucundis modis blandientes, firmo nos tramite ducant ad rei capien-
dam

dam essentiam? Annon enim perpetua laborat principij petitio-
ne? Ita est profecto: quod i. idem de Syllogismo ad definitionem
probandum adhibito affirmat Aristoteles 2 post capite non uno:
quamobrem Averr. 2 Phys. t. 3 red. irguit eos, qui putabant, de-
finitionem naturae, Syllogismo probatam esse.

22. Mirum id forte cuiquam videatur, quod cum Arist. dixi,
definitionem (de divisione etenim res clara est) Syllogistica vir-
tute, probantes, nix nego cum tunc utram, cum, quicquid proba-
tur discursu, haudquaquam praeclarior sumatur. Quam se tamen
hac minime evertant, faxo ut intelligas.

23. Syllogismum conclusionis institui gratia, & huc omnem
probationis vim deferri certum est, ut nimurum constet, prædica-
tum subjecto vel non inesse, vel inesse; videlicet animam esse
actum; & principium quo vivimus. Quod vero hoc ipsum præ-
dicatum conclusionis, sit ipsius subjecti definitio; non eadem opera
comprobatum est (hinc petitio principij) nec Syllogismo demon-
strativo, comprobari potest.

24. Habet tamen quo definitori hic succurrat Dialecticus.
Prædicatum enim conclusionis illius conferens cū subjecto, quando
advertisit, Prædicatum non tantum inesse subjecto, sed in quid de
eodem prædicari, nec quicquām essentialiter de subjecto dici posse,
quod non includatur prædicato, ita ut qua inter definitum &
definitionem requiritur reciprocatio, manifeste se prodat: statim
inferi, hanc conclusionem per Syllogismum elicitem, esse ipsius
rei definitionem.

25. Patebit hinc infra, quas sibi mutuas declarationis demon-
strationisq; operas præstant, utraq; definitio. Venio ad divisio-
nem, de qua negari quidem haud potest, eam idoneum notificandi
instrumentum non esse. Verè tamen (si vera) utilis est ad defi-
nitionem investigandam, eo, quod ex alibi demonstratis & jam
præsuppositis sua distributionis membris, apta partium collocatio-
ne, lucem quandam præferat ei, qui virtute Syllogismi, uno mem-
bro

lero reprobato, alterum assumit. Quam quidem ob causam, & divisionem, & Syllogismus ad inveniendam definitionem ab Aristotele junctim exhibita sunt.

26. Arάγκη ἐπειδή τὰς τῶν παλαιῶν δόξας περιέχειν Πατρεῖς εμεῖν, καὶ ποινωνίες συμπειράλαβεν εἰς τούτην, ὅπως τὸ μὲν οὐλῶς εἰρήμων, λάθος μὲν τὸ μὴ οὐλῶς, Φιλάξωμεν. ut monet Theopist. I. an. c. 2. ad t. 19. rationem addit Aristoteles I. cælo, sic fore μᾶλιστα τὰ μέλλοντα λεχθήσοδα, περιπηκόσι τὰ τῶν ἀμφισ βητεντῶν λόγιαν διαιώνομεν.

27. Audio tamen hic illud quod I. Eth. c. 4. monet idem: απόστολος ἔχειν τὰς δόξας, ματαιόπερον: ingevo νῦν τὰς μάλιστα θηταὶ γοὺς; cuiusmodi, inter illas, quae ab Aristotele I. an. refutantur, videri possit Platonis & qui cum sequuntur; nobis quam brevissime fieri possit, hic recensenda.

28. Anima, media cuiusdam naturæ inter sensibilia & intelligibilia, à parente Deorum condita, immortales, immateriales, divisionem non admittentes, nec temporis subjectæ: priusquam corpori familiaritatis nexus complicentur, in universitatibus currum posita, per astra, ut primo suo ac cælesti vehiculo, distributa.

29. Corpori tandem, nature ductu, monitusq. Parentis, se accommodatæ, cælesti relicto vehiculo, æthereū asciscunt, splendidum ac tenuē, nunquam dum mortalem hunc orbem incolunt deferendum, cui innitentes, à corporis permissione, ac contagio sunt imunes. Cui tamen ut commode jungantur, tertium requirunt vehiculum, quod spiritu osum, ex sanguine tenuiori & spiritu per corpora diffuso constet. Corpus deniq. ultimum (quamvis hoc nomine vix dignum) aut sane Ostreaceum vehiculum, rectius sepulcrum animæ & ergastulum.

30. Spiritu osum enim illud, mirum est quam adulteretur: imò hoc ipsum etiam, non raro crassius, æthereum illud ita premit & obnubilat, ut vix per reminiscientiam, eorum, quæ rationibus sibi insita, conversatione cum Ideis exculta, possederat, addiscere posset;

fit; quis & Amelita fluminis aquæ mox immegitur, mox Lethe
in campo, aut specu profundo obruitur, ut omni tandem harmonia
turbata, corpus relinquere cogatur.

31. Quid vero, num à corpore soluta cœlesti restituitur vehi-
culo? Minimè gentium; præsertim si vitijs inquinata vixit im-
moderatè, à quibus longe per brutorum etiam corpora metempsy-
chos, purganda, ut digna reddatur, qua universitatis currum
ascendat, longo quidem tempore, nec perpetuo tamen insidet, ut
pote, pro sua ad corpus propensione, ad antiquam redditura mise-
riam, ut in Menone dicitur.

32. Primi autem vehiculi naturam cum sequantur anima, ut
Ioviales aliae, aliae Mercuriales &c. dici possint, tali etiam jungun-
tur corpori, quod eis temperamento respondeat. Corpori autem
humano juncta, illo in societatem humana nature non ascito, ipsa
fit homo, mentis particeps, corpore utens, velut instrumento, ut per-
peram quidem Aristoteles per ἀντέξειαν corporis, animam vi-
deatur illis definisse.

33. Id, ne tamen absurdum sit nimis, triplicem mihi notato ho-
minem, Mentalem, qui sit ipsissima hominis Idea, & $\alpha\tau\epsilon\nu\theta\varrho\omega$ -
 $\pi\circ$. Animarium, qui in anima rationali sola, corpore utente,
consistat. Et naturalem, qui ex corpore & anima compositus, non
homo sed hominis imago, seu ad summum, humanum animal dici
meretur.

34. Nulla autem ratio animæ naturam magis explicat, quam
qua $\alpha\lambda\kappa\iota\gamma\eta\pi\circ$ esse dicitur. Seipsam enim movendo, ipsa erit
prima generatio, primusque motus rerum omnium, & aliorum cau-
sa. Erit enim motibus suis cælum, terram, mare, mundum u-
niversum intelligendo, consultando, curando, opinando, gaudendo
&c. Quibus secundos corporis assumens motus, omnia ducit in
augmentum, diminutionem, concretionem, discretionem.

35. Præter motum, numeros etiam, imo lineam ac circulum in
suam recipit essentiam. Deprehendes enim unitatem, ratione to-
talitatis

talitatis ejus; binarium, in consortio intelligibilium & sensibilium; ternarium, ratione substantia, potentiarum & actionum. Quaternarium, in facultatibus, nutriendi sentiendi, loco movendi, intellegendi. Quid multis? omnis consonantiarum musicalium contemplatio, ex potentiarum anima, ac organorum corporis elucscit harmonia.

36. Numeri hi, in recta linea sumpti, essentiam ostendunt, à qua fluant potentiae quas sequuntur operationes. Vi autem in numeris illis, paribus ex una parte, imparibus ab altera, positis, reflexio quadam suboritur; ita & anima cognitione sua ad res progressa, flexu quodam per rerum externarum cognitionem, quasi in circulum ad se suamq; naturam recurrit.

37. Hac de anima rationali accepta, si inferioribus etiam vel accommodare incipias, vel ab ijsdem removere coneris, omnibus ex partibus contradictionum sese involucra offerunt, quibus vix te explicare valeas, nisi, quod valde illis frequens est, anima rationalis, solam, pro anima habeas; reliquas pro umbris anima ac imaginibus: quod aquè verum esse puto, cum illo quod Theopoli inquit, caput & cerebrum in solo esse homine, cuius in reliquis tantum umbra.

38. Ex his, quid in veritatis repub. retineri, quid eliminari debeat, verioris sententia docebit explicatio, quam Aristotelis ductu aggrediamur, à definitione sumpto initio.





R.W. phys. 1608.

Z. Schles.


dam essentiam? Annen enim perpetua labore
ne? Ita est profecto: quod i. idem de Syllogismo
probandum adhibito affirmat Aristoteles 2. pos.
quamobrem Averr. 2. Phys. t. 3. red. irguit eos,
finitionem naturae, Syllogismo probatam esse.

22. Mirum id forte cuiquam videatur, quo
definitionem (de divisione etenim res clara est)
tute, probantes, nix uero autem certum, cu
tur discursu, haudquaquam praeclaro sumatur
hac minime evertant, faxo ut intelligas.

23. Syllogismum conclusionis institui gratia,
probationis vim deferri certum est, ut numirum
tum subiecto vel non inesse, vel inesse; vide
actum; & principium quo vivimus. Quod v
dicatum conclusionis, sit ipsius subiecti definiti
comprobatum est (hinc petitio principij) nec
strativo, comprobari potest.

24. Habet tamen quo definitori hic succu
Prædicatum enim conclusionis illius conferens
advertisit, Prædicatum non tantum inesse subj
codem prædicari, nec quicquam essentialiter de
quod non includatur prædicato, ita ut qua*i*
definitionem requiritur reciprocatio, manifest
inferi, hanc conclusionem per Syllogismum
rei definitionem.

25. Patebit hinc infra, quas sibi mutuas de
strationisq; operas præstent, utraq; definitio
nem, de qua negari quidem haud potest, eam i
instrumentum non esse. Verè tamen (si ver
ificationem investigandam, eò, quod ex alibi den
præsuppositis sua distributionis membris, apta
ne, lucem quandam præferat ei, qui virtute Sy



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

047